



## Formulare instrumento[rum]

Köln, 28. Januar 1502

Jnstrume[n]tu[m] quitat[i]on]is facte p[er] p[ro]curatorem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70749](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70749)

De publicatione.

De publicatione vide sub insinuatione

## De quitatione.

Instrumentum quitationis factum per principalem creditorem debitori

**I**n nomine domini amen etc. Constitutus. A. talis confessus fuit et in veritate palam et publice recognovit sibi integre fore satisfactum p. B. talis de r. ducatis. in quibus prelibatus. B. ut principalis debitor ac. L. tanquam ipse. B. debitoris fideiussor. ac etiam principalis debitor eidem. A. exiterant efficaciter in solidum obligati. prout ad hoc clarius apparet in quodam publico obligatois instrumento per memoratum publicum subscriptum subferri pro signato et pfecto. Sub anno etc. et instrumento obligationis Dequitibus quidem. r. ducatis prefatus. A. pro se et ipsius heredibus et successoribus quibuscumque prefatos. B. et. L. quitavit et liberauit penitus. et absoluit eis quod sine et quitationem et pactum perpetuum devlterius re habitam non petendo fecit. renuncians idem. A. exceptioni. dictorum. r. ducatorum non habitorum seu non receptorum. et spe future habitationis et numerationis. ac omnibus alijs et singulis exceptionibus quibus contra premissa vel aliquid eorum se defendere posset quolibet vel tueri. Absolvens et quitans prefatos. B. et. L. a debito dictorum. r. ducatorum. cassans insuper irritans et annullans quodcumque quocumque et qualicumque instrumenta litteras et scripturas per quas et que ostaret et ostare posset dictos. B. et. L. prefatos. A. fuisse et esse reponibus preteritis et de presentibus duntaxat de quacumque pecunie summa obligatum ac debere et tenere de cetero nullius esse voluit roboris vel momenti. Promittens etiam michi notario infra scripto ut et tanquam publice aut autentice persone soleniter stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum quorum interest nullo unquam tempore sub huiusmodi. r. ducatis prefatos. B. et. L. ac successores vel heredes eorum velle impetere vel molestare aut per alium vel alios quovis modo molestari facere sub hypotheca et obligatione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et qualibet alia iuris et facit revocationem. ad hoc necessarium pariter et cautela Super quibus omnibus etc.

Instrumentum quitationis facte per procuratorem.

**I**n nomine domini amen etc. Constitutus. A. procurator nomine procuratorio talis habens ab eodem. B. ad infra scripta plenam et expressam in suo procuratoris mandato potestatem et facultatem prout ostat quosdam procuratoris mandato publico instrumento per talem. n. subscripto et assignato expresse recognovit. et in veritate confessus fuit se nomine procuratorio quosdam supra recepisse ab honorabili viro domino. n. decem ducatos auri boni et iusti ponderis. in quibus idem. n. prefato. B. tenebat et fuit obligatus ratione etc. De quibus decem ducatis auri. antedictus. A. procurator nomine procuratorio quosdam supra antedictum. n. et quoscumque alios quitavit. in digesti. quitavit et liberauit et absoluit. et pactum perpetuum de re habita ulterius non petendo fecit et promissit solenni stipulatione interveniente etc.

Instrumentum quitationis facte debitori per creditorem in brevi forma.